

Zygmund Król Nym: legq: i Czeski
 w alnie podanych krzyżakich w Szweczech
 i Inflanckich, od Sądow swoich; chyba ludzi
 o niedopędności sprawiedliwości, albo innych, przez Appellaciję
 Sądgi zaniechane zostają.

75.

20

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis
 Felicitè Amen. Sigismundus Dei gratia Ro-
 manorum Rex semper Augustus ac Ungaria, Bo-
 hemie, Dalmatie, Croatia Rex. Ad perpetuam rei
 memoriam. Regie celsitudinis generosa sublimitas
 & si cunctis fidelibus quos Sacri Romani Imperii
 latitudo complectitur grata beneficia quadam
 generalitate dignatur impendere. Illis tamen habun-
 dantius & specialitate quadam sue largitatis do-
 navia propagare consuevit, quos pro ipsius Sacri
 Imperii honoribus fama celebris ferventioribus
 testatur descendisse. Sane pro parte venerabilis
 Pauli de Rudoiff Magistri generalis Ordinis Theu-
 tonicorum hospitalis Sanctæ Mariæ Ierosolimitanæ
 ipsiusque præceptorum & commendatorum de Prussia
 devotorum nostrorum dilectorum per honorabilem
 & Religiosum fratrem Wolbrabum de Huntspach
 Magnum Commendatorem eiusdem ordinis de-
 votum nostrum sincere dilectum oblata nobis
 petitio continebat. Quæ nonnulli præfati Ma-
 gistri & suorum præceptorum & commendatorum

subditos, Nobiles & Ignobiles Cives, & Comunes
homines & communitates de Prussia & de
Livonia ad iudicem iudicii nri Imperiali traherent
in causam, non petita prius iustitia ab ipsorum
officialibus & in locis in quibus tales vei in ipsorum
Civitatibus & locis morarentur, & quoniam per
hoc ipsorum homines plurimum gravarent.
Imo stantibus rebus ut nunc, & quemadmodum
ipsorum homines magna & intolerabilia perpessi
sunt gravamina, nisi eos in hoc casu grato re-
spiceremus intuitu, posset ipsorum subditi, ex
hys & alijs gravaminibus concipere occasi-
onem faciles rebellandi Supplicantes nre celsi-
tudini humiliter & devote de nostra benigni-
tatis clementia, prefato Magistro suis pre-
ceptoribus & ordini in Prussia & in Livonia
de remedio opportuno gratiosius dignaverunt
providere, & eorum homines absolvere a iudicio
supradicto. Nos vero considerantes grato &
accepta plurimum servitia que nobis prefati
Magister & ordo cum omni constantia &
fidelitate hactenus exhibuerunt nullis per-
centis periculis & expensis ac multa incom-
moda gravesque offensas ingentiaq; & grandia
dispendia quibus iidem Magister & Ordo ipso-
rum q; subditi in Prussia & in Livonia pre-
teritis

77.

prelevitis temporibus pluribus Annis continuo la-
cessiti disoscuntur. Attendentes nihilominus quod
id ordo in honorem gloriose Dei genitricis Virginis
Mariæ plantatus, & ad plagam illam versus gentes
& intredulos collocatus existit. Sic quod ordinis
seu regula continuam consueverunt hęc luctamen
profide Catholica defendenda & quantum legalitatis
& liberalitatis prefatio Ordini & ipsius professionis
& subditis impendimus hoc proculdubio ex spe re-
tinerę in ipsius virtutis gloriose obsequium commu-
tamus, volentes etiam ipsorum subditos ex nra
largitatis munificentia consolati aliquantulum & ad
sua obsequia ferventius animare. Ideo non per er-
rorem aut improvide sed matura deliberatione præ-
habita. Sane etiam principum, Comitum, Baronum
nobilium & fidelium nostrorum attendentes consilio
& de certa scientia ac de Romana Regia pietatis
plenitudine universos & singulos Nobiles & Inge-
niles, Liberos, & Comunes homines ac comitates
de terris Prussiae & Livonie prefatorum
Magistri generalis & suorum præceptorum
& Commendatorum subditos a iudicio nostro
Imperiali exemptimus & libertavimus ac
tenore presentium & auctoritate Romana
Regia perpetuis temporibus absolvimus

et libertatis gratiosè decernentes et volentes expresse
quod ex nunc maneat prædicta nostra gratia et exem-
ptione a Iudicio nostro Imperiali, ubique locorum
gaudeant et præservantur Impedimento iudicis iudi-
cii nostri Imperialis presentis vel futuri et aliorum
quorumlibet impedimentis penitus amputatis. Sic
tamen quod quicumque homo cuiuscunque status
gradus conditionis vel dignitatis existat contra
præfatorum Magnifici generalis et suorum
præceptorum et commendatarum subditos No-
biles et ignobiles Cives vel plebeos et communi-
tates de terris Prussiae et Livoniae unam vel
plures causas actionem seu
actiones haberent seu habere prætenderent ta-
lis rebus querere iustitiam coram suis ordinariis
iudicibus vel præfatorum Magnificum et suorum
præceptorum Officialibus et in locis sua demo-
rationis vel alibi secundum Patriam et loci illius
consuetudinem et ritum nisi huiusmodi Actori
publice fuerit denegata iustitia et satisfactio
pro querela non posset consequi aliqualem
quod huc etiam posset demonstrari legitime
extunc poterit pro expeditione gravaminis sui
ac querela ad iudicium nostrum imperiale li-
centes et libere convolare et recurrere et causam
suam

suam prosequi pro ut sibi expedire videbitur & ordo
 dictaverit rationis mandantes iudici Curie nostre Im-
 perialis presenti & futuro ac aliis omnibus & singulis
 iudicio imperiali Curie presidentibus presentibus
 & futuris firmiter & districtè ne contra presentis nrae
 libertationis exemptionis & indulgentiam prefatorum
 Magnifici generalis ipsiusque praceptorum & com-
 mendatorum homines & subditos de Prussia & Livo-
 nia perpetuis maneat temporibus ad quorum-
 cumque instantiam & pro quaunque causa ci-
 tent, neque nro Imperiali Iudicio ficti seu stare
 compellant, quin potius ipsos modo supra dicto nrae
 exemptione gaudere & perfrui permittant libere pa-
 cifice & quiete prout nram & imperii Sacri gravissi-
 mam indignationem voluerint artius evitare irri-
 tum in nane tenore presentium pronunciantes siquid
 per quempiam contra presens nostrum indulgentiam que-
 modolibet fuerit attemptatum. Testes huius rei sunt
 Reverendissimus in Christo pater dominus Branda
 Cardinalis. Placentinus Veiles Mathias Vicecan-
 cellarius Regius Ungariae Zagmbien. Georgius Men-
 tissiti Martin & Benedictus Albe Regalis prae-
 siti & Illustres, Conradus dñs Kentchne Olseu
 & Henricus Majoris Glogovie dñes ac Magnifici,
 & Nobiles, Johannes Banus, Albertus de Coldar

Magister Cameva, Stephanus de Rosgan, Johannes
de Risenberg Matthias palecz, Johannes Colowrat,
et plures alii fide digni quorum nomina hic habere
volumus per sufficientes expressis. Praesentium
sub nra Mittis Sigillo testimonio literarum.
Datum Leutschovic Anno Domini Millesimo
Quadringentesimo vicesimo quarto. Penultima
die Martii. Regnorum nrorum Anno Hunga-
rie & B. Romanorum 14. et Bohemiae quarto.

Takopia prepisana z Originata Bar-
gaminowego Dnia 22. Julii R^u 1468.
Udolu naczynku Jedwabiu bialego
i Czarnego krzconym wisi pieczy.